

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **M. Tvllii Ciceronis Orationvm Pars ...**

**Cicero, Marcus Tullius**

**Coloniae Agrippinae, 1629**

De lege agraria contra p. seruilium [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-116557](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-116557)

DE LEGE AGRA-  
RIA CONTRA P. SER-  
uilium Rullum Trib.Pl.ad  
populum.

ORATIO XVI.



St hoc in more positum, Quirites, x  
institutoque maiorum, ut q. qui be-  
neficio vestro imagines familiae sua  
consecuti sunt, eam primam habe-  
ant concionem, qua gratiam bene-  
ficii vestri cum seruorum laude con-  
iungant. qua in oratione nonnulli aliquando digni  
maiorum loco reperimus, pleriq. autem hoc perfici-  
unt, ut tantum maioribus eorum debitum esse videan-  
tur, unde, etiam quod posteris solueretur, redundaret.  
mibi quidem apud vos de meis maioribus dicendi  
facultas non datur: non quod non tales fuerint,  
quales nos illorum sanguine creatos, disciplinisq. insti-  
tutos videtis: sed quod laude populari, atq. honoris  
vestri luce caruerunt. \* de me autem ipso vereor ne  
arroganti sit, apud vos dicere: ingrati, tacere, nam &  
quibus studiis hanc dignitatem consecutus sim, me-  
metipsum commemorare perquam graue est: & silere  
de tantis vestris beneficiis nullo modo possum. quare  
adhibebitur à me certa ratio, moderatioq. dicendi:  
ut quid à vobis acceperim, cōmemorem: quare dignus  
vestro

ORATIO

vestro summo honore, singularique iudicio sim, ipse  
 modicè dicam, si necesse erit: vos eosdem existimatu-  
 3 ros putem, qui iudicauistis. \* Me perlongo intervallo  
 propè memoria, temporumque nostrorum primum  
 hominem nouum, consulem fecistis: & eum locum,  
 quem nobilitas praesulis firmatum, atque omni ra-  
 tione obvallatum tenebat, me duce rescidistis, vir-  
 tutisque in posterum patere voluistis: neque me tan-  
 tummodo consulem, quod est ipsum per sese amplis-  
 simum, sed ita fecistis, quo modo pauci nobiles in hac  
 ciuitate consules facti sunt, nouus ante me nemo.  
 nam profecto si recordari volueritis de nouis homi-  
 nibus, reperietis eos, qui sine repulsa consule facti  
 sunt, diuturno labore, atque aliqua occasione esse fa-  
 ctos, cum multis annis post petissent, quam praesores  
 fuissent, aliquanto serius, quam per et aeternum, ac per le-  
 ges liceret: qui autem anno suo petierint: sine repulsa  
 non esse factos: me esse vnum ex omnibus nouis homi-  
 nibus de quibus meminisse possumus, qui consula-  
 tum petierim, cum primum licitum sit: consul fa-  
 ctus sim, cum primum petierim: vi vester honos ad  
 mei temporis diem petitus, non ad aliena petitionis  
 occasionem interceptus, nec diuturnis precibus effla-  
 4 gitatus, sed dignitate impetratus esse videatur. \* est  
 illud amplissimum, quod pauld ante commemorau-  
 i, Quirites, quod hoc honore ex nouis hominibus pri-  
 mum me multo post habitus affectistis, quod prima pe-  
 titione, quod anno meo: sed tamen magnificentius,  
 atque ornatius esse illo nihil potest, quod meis comi-  
 tibus non tabellam vindicem tacita libertatis, sed  
 vocem

DE LEG. AGR. CON. RVL.

Vocem viam pra vobis iudicem vestrarum erga me  
 voluntatum; ac studiorum tulistis, itaque me non  
 extrema tribus suffragiorum, sed primi illi vestri con-  
 cursus, neque singula voces praeconum, sed vna voce  
 vniuersus populus Ro consullem declarauit. \* hoc ego  
 tam insigne, tam singulare vestrum beneficium,  
 Quirites, cum ad animi mei fructum, atque lariti-  
 am duco esse permagnum; tum ad curam, soli-  
 citudinemque multo maius, versantur enim, Quiri-  
 te, in animo meo multa, & graues cogitationes, qua  
 mihi nullam partem neque diurna, neque nocturna  
 quietis impertiunt. primum tuendi consulatus: qua  
 cum omnibus est difficilis, & magna ratio, tum verò  
 mihi praeter ceteros, cui errato nulla venia, recte fa-  
 cto exigua laus; & ab inuitis expressa proponitur.  
 non dubitanti fidele consilium, non laboranti cer-  
 tum subsidium nobilitatis ostenditur. \* quòd si solus  
 in discrimen aliquod adducerer ferrem. Quirites,  
 animo equiore: sed mihi videtur certi homines, si  
 qua in re me non modò consilio, verum etiam casu  
 lapsum esse arbitrabuntur, vos vniuersos, qui me  
 ante tuleritis nobilitati, vituperaturi. mihi autem,  
 Quirites, omnia potius perpetienda esse duco, quam  
 non ita gerendum consulatum, vt in omnibus meis  
 factis, atque consilijs vestrum de me factum; consili-  
 umque laudetur, accedit etiam ille mihi summus la-  
 bor; ac difficillima ratio consulatus gerendi, quòd non  
 eadem, qua superioribus consulibus, lege, & condi-  
 tione vendum esse decreui: quia aditum huius loci  
 conspectumque vestrum partim magnopere fugerunt,  
 K. par-

## O R A T I O

partim non vehementer secuti sunt. ego autem non  
 solum hoc in loco dicam, ubi est id dictu facillimum,  
 sed in ipso senatu, in quo esse locus huic voci non vi-  
 debarur, popularem me futurum esse consulem pri-  
 ma me illa oratione Kalend. Ian. dixi. \* neque eo-  
 nim vilo modo possem, cum me intelligam non homi-  
 num potentium studio, non excellentibus gratijs  
 paucorum, sed vniuersi populi Romani iudicio con-  
 sulem ita factum, vt nobilissimis hominibus lon-  
 ge preponerem, non & in hoc magistratu, & in om-  
 ni vita essem popularis, sed mihi ad huiusce verbi vim,  
 & interpretationem vehementer opus est vestra sa-  
 pientia: versatur enim magnus error propter in-  
 sidiosas nonnullarum simulationes, qui cum popu-  
 li non solum commoda, verum etiam salutem op-  
 pugnant, & impediunt, oratione assequi volunt, vt  
 7  
 8  
 9  
 populares esse videantur. \* ego qualem Kalend. Ian.  
 acceperim remp. Quiritas, intelligo, plenam solici-  
 tudinis, plenam timoris, in qua nihil erat mali, ni-  
 hil aduersi, quod non boni metuerent, improbi ex-  
 pectarent, omnia turbulenta consilia contra hunc  
 reip. statum, & contra vestrum otium partim iniri,  
 partim nobis consulibus designatis mita esse diceban-  
 tur. sublata erat de foro fides, non ita aliquo noua  
 calamitatu, sed suspitione ac perturbatione iudicio-  
 rum, infirmatione rerum iudicatarum: noua domi-  
 nationes, extraordinaria non imperia, sed regna  
 queri putabantur. \* qua cum ego non solum suspi-  
 carer, sed plane cernerem, neque enim obscure ere-  
 bantur, dixi in senatu, in hoc magistratu me & pu-  
 poem

DE LEG. AGR. CON. RVL.

larem consulem futurum: quid enim est tam popula-  
 lare, quam pax? qua non modo in quibus natura sen-  
 sum dedit, sed etiam tellus, atque agri mihi letari  
 videntur. quid tam populare, quam libertas? quam  
 non solum ab hominibus, verum etiam à bestijs ex-  
 peti atque omnibus rebus anteponi videtur. quid tam  
 populare, quam otium? quod ita iucundum est, ut &  
 vos, & maiores vestri, & fortissimus quisque vir,  
 maximos labores suscipiendo: putet, ut aliquando in  
 otio possit esse, præsertim in imperio, ac dignitate:  
 quis ideo etiam maioribus nostris præcipuam lau-  
 dem gratiamque debemus, quod eorum labore est fa-  
 ctum, ut impune in otio esse possemus. quare qui pos-  
 sum non esse populare, cum videam hæc omnia, Qui-  
 rites, pacem externam, libertatem propriam generis  
 ac nominis vestri, otium domesticum, denique om-  
 nia, quæ vobis cara atque ampla sunt, in fidem, &  
 quodammodo in patrocinium mei consulatus esse  
 collata? neque enim, Quirites, illud vobis iucundum  
 aut populare debet videri: largitio aliqua promul-  
 gata: qua verbis ostentari potest, reuera fieri, nisi  
 exhausto erario, nullo pacto potest. neque vero illa  
 popularia sunt existimanda, iudiciorum perturba-  
 tiones, rerum iudicatarum infirmationes, restitutio  
 damnatarum, qui civitatum afflictarum perditis-  
 iam rebus extremi exitiorum solent esse exitus: ne-  
 que, si qui agros populo Romano pollicentur, si ali-  
 ud quiddam obscure moliantur, aliud spe ac specie  
 simulationis ostentant, populares existimandi sunt.  
 nam verè dicam, Quirites, genus ipsum legis agræ

ORATIO

*via vituperare non possum: venit enim mihi in mentem, duos clarissimos, ingeniosissimos, amantissimos plebi Romana viros, Ti. & C. Gracchos plebem in agris publicis constituisse, qui agri à privatis antea possidebantur: non sum autem ego is consul, qui, ut plerique, nefas esse arbitret, Gracchos laudare, quorum consilijs, sapientia, legibus, multas esse video reipublica partes constitutas.\* itaque ut initio mihi designato consuli nunciabatur, legem agrariam tribunos plebis designatos conscribere, cupiebam, quid cogitarent, cognoscere: etenim arbitrabar, quoniam eodem anno gerendi nobis essent magistratus, esse aliquam oportere inter nos bene administranda reipub. societatem.\* cum familiariter me in eorum sermone insnuarem, ac darem, celabar, excluderem: & cum ostenderem, si lex utilis plebi Romana mihi videretur, auctorem me atq; adiutorem futurum, tamen aspernabantur hanc libertatem meam: negabant me adduci posse, ut illam largitionem probarem, finem feci offerendi mei, ne forte mea sedulitas aut insidiosa, aut impudens videretur. interea non desistebant clam inter se convenire, privatos quosdam adhibere, ad suos cætus occultos noctem adtingere, & solitudinem, quibus rebus quanto in metu fuerimus, ex vestra sollicitudine, in qua illis temporibus fuistis, facile assequi cõiectura poteritis.\* ineunt tandem magistratus tribuni pleb. concio tandem expectata P. Rulli, quod & princeps erat Agraria legis, & truculentius se gerebat, quam ceteri: iam designatus alio vulnere, alio vacis sono, alio incessu esse*

DE LEG. AGR. CONT. RVL.

esse meditabatur, vestitu obsoletere, corpore inculto  
 & horrido, capillatior quam ante, barbæq; maioræ,  
 vt oculis & aspectu denunciare omnibus vim tri-  
 bunitiam, & munitari reip. videretur, legem homi-  
 nis, concionemq; expectabam. lex initio nulla propo-  
 nitur: concionem in primis aduocari iubet, summa  
 cum expectatione concurritur. explicat orationem  
 sanè longam, & verbis valde bonis. vnum erat, quod  
 mihi vitiosum videbatur, quod tanta ex frequentia  
 inueniri nemo potuit, qui intelligere posset, quid di-  
 ceret. hoc ille vtrum insidiarum causa fecerit, an  
 hoc genere eloquentia delectetur, nescio, tamen si qui  
 acutores in concione steterant, de lege Agraria nes-  
 cio quid voluisse eum dicere suspicabantur. aliquan-  
 do tandem me designato lex in publicum proponitur:  
 concurrunt iussu meo plures vno tempore librarij:  
 descriptam legem ad me afferunt. \* omni hoc vobis 14  
 ratione confirmare possum, Quirites, hoc animo me  
 ad legendam legem cognoscendamque venisse, vt, si  
 eam vobis accommodatam atque vtilem esse intelli-  
 gerem, auctor eius, atque adiutor essem: non enim  
 natura, neque disidio, neque odio penitus in sito bel-  
 lum nescio, quod habet susceptum consulatus cum  
 tribunatu: quia persapè seditiosis atque improbis tri-  
 bunis pleb. boni & fortes consules obstiterunt, &  
 quia vis tribunitia nonnunquam libidini resistit con-  
 sulari, non potestatum dissimilitudo, sed animorum  
 disunctio diffensionem facit. \* itaque hoc animo le- 15  
 gem sumpsit in manus, vt eam cuperem esse aptam ve-  
 stris commodis, & eiusmodi, quam consule re, non o-



ORATIO

ratione popularis. & honestè, & libenter posset defendere. atqui ego à primo capite legis vsque ad extremum reperio, Quirites, nihil aliud cogitat um, nihil aliud susceptum, nihil aliud actum, nisi ut decens reges, ar arq, redigalium prouinciarum omnium, totius reip. regnorum, liberorum populorum, orbis deniq, terrarum domini constituerentur legis Agraria simulatione, atque nomine: sic confirmo, Quirites, hac lege Agraria, pulchra atque populari, dari vobis nihil, condonari certis hominibus omnia: estent ari populo Rom. agros, eripi etiam libertatem, priuatorum pecunias auferri, publicas exhauriri: derique, quod est indignissimum, per trib. pl. quem maiores praesidem libertatis, custodemq, esse voluerunt, reges in ciuitate constitui. \* quacum exposuero, si falsa vobis videbuntur esse, sequar auctoritatem vestram, mutabo meam sententiam: sin insidias fieri libertati vestra simulatione largitionis intelligitis, nolite dubitare plurimo sudore, & sanguine maiorum vestrorum partam vobisq, traditam libertatem, nullo vestro labore, consule adiutore defendere. Primum caput est legis Agraria: quo, ut illi putant, tent animi leuiter, quo animo libertatis vestra diminutionem ferre positis: iubet enim, trib. pl. qui eam legem tulerit, creare decemuiros per tribus septemdecim, ut quem nouem tribus fecerint, is decemuir sit. \* hic quæro quam ob causam initium rerum ac legum suarum hinc duxerit, ut populus R. suffragio priuaretur? toties legibus Agrarijs curatores constituti sunt, triumuiros, quinqueuiros, decemuiros: quæro, à populari tribuno pl. ecquan-

DE LEG. AGR. CONT. RVL.

Nonis per XXXV. tribus creati sint? etenim cum omnes potestates, imperia, curaciones ab vniverso populo Rom. proficisci conuenit, cum ea profectio maxime que constituuntur ad populi fructum aliquem, & commodum: in quo & vniversi deligant, quem populo R. maxime consulturum putent: & vnusquisque studio, & suffragio suo viam sibi, ad beneficium impetrandum munire possit. hoc tribuna pl. potestati-  
 nam venit in mentem, populū R. vniversum priuare suffragiis, pauca tribus non certa conditione iuris, sed sortis beneficio sortitū ad vsurpandam libertatem vocare. \* Item, inquit, eodemq; modo, capite altero, Vt Cometi; pontifici maximi, no hoc quidem vidit maiores nostros tam fuisse populares, vt quod per populum creati fas non erat, propter religionem sacerdotū, in eo tamen, propter amplitudinem sacerdotij, voluerint populo supplicari. atque hoc idem de ceteris sacerdotijs Cn. Domitius trib. pl. vir clarissimus tulit: quod populus per religionem sacerdotia mandare non poterat, vt minor pars populi vocaretur, ab ea parte qui esset factus, in collegio cooptaretur. \* videte, quid intersit inter Cn. Domitium trib. pl. hominem mobilissimum, & P. Rullum, qui tentauit, vt opinor, patientiam vestram, cum se nobilem esse diceret. Domitius, quod per ceremonias pop. fieri non poterat, ratione asscurus est, vt id, quoad possit quoad fas esset, quoad liceret, populo ad partes daret: hic, quod populi proprium semper fuit, quod nemo imminuit, nemo immutauit, quin ij, qui populo assignatos essent assignaturi, ante acciperet a populo beneficium.

ORATIO

ciuum, quàm darent, id totum eripere vobis atque è  
 manibus extorquere conatus est. ille, quod dari po-  
 pulo nullo modo poterat, tamen quodammodo de-  
 dit: hic, quod adimi nullo pacto poterat potestare,  
 20 quadam ratione eripere conatur, \* quæret quisquam  
 in tanta iniuria tantæq; impudentia quid spectarit,  
 non defuit consilium: fides erga plebem Romanam,  
 æquitas in vos libertatemque vestram vehementer  
 defuit. iubet enim comitia decemviris habere cre-  
 andis eum, qui legem tulerit. hoc dicam planius, iu-  
 bet Rullus, homo non cupidus, neque appetens, habere  
 comitia Rullum, nondum reprehendo. video fecisse  
 alios, illud, quod nemo fecit, de minore parte populi,  
 quod pertineat, videte. habebit comitia: volet eos re-  
 nunciare, quibus regia potestas hac lege queritur.  
 vniuerso populo neque ipse committit, neque illi  
 horum consiliorum auctores committi rectè putant  
 21 posse. \* sortietur tribus idem Rullus, homo felix: edu-  
 cet quas volet, tribus: quos nouem tribus decemviros  
 fecerint ab eodem Rullo educta, hos omnium rerum  
 ( ut iam ostendam ) dominos habebimus. atque h, vt  
 grati ac memores beneficij esse videantur, aliquid se  
 nouem tribuum notis hominibus debere constitubun-  
 tur: reliquos vero sex & XX. tribubus, nihil erit, quod  
 non putent posse suo iure denegare. quos tandem igitur  
 decemvros creari vult? se primum, qui licet? le-  
 ges enim sunt veteres, neque ea consulares, si quid  
 interesse hoc arbitramini, sed tribunitia, vobis ma-  
 ioribusq; vestris vehementer grata, atque iucunda,  
 Licinia est lex, atque altera Aebutia: qua non modo  
 eum,

DE LEG. AGR. CON. RVL.

eum, qui tulerit de aliqua curatione, ac potestate, sed etiam collegas eius, cognatos, affines excipit, ne eis ea potestas, curatione mandetur. \* etenim si populo <sup>22</sup> consulis, remoue te à suspicionè alicuius tui commo- di: fac fidem, te nihil nisi populi vilitatem, & fru- ctum querere: sine ad alios potestatem, ad te gratiam beneficij tui peruenire. nam hoc quidem vix est libe- ri populi, vix vestrorum annorum, ac magnificen- tia. quis legem tulit? Rullus. quis maiorem partem populi suffragijs priuauit? Rullus. quis comitijs pra- fuit? Rullus. quis tribus, quas voluit, vocauit, nullo custode sortitus? quis decemuiros, quos voluit, renun- ciauit? idem Rullus. quem principem renunciauit? Rullum. vix, me hercule, seruis hoc eum suis, non vobis omnium gentium dominis, probaturum arbi- trarer. optima leges igitur hac lege sine vlla excep- tione tollentur. idem legis sibi sua lege curationem petet: idem, maiore parte populi suffragijs spoliata, comitia habebit: quos volet, atq; in ijs seipsum, ren-unciabit: & videlicet collegas suos, adscriptores le- gis Agrariae, non repudiabit, à quibus ei locus primus inuidia in praescriptione legis concessus est: ceteri fru- ctus omnium rerum, qui in spe legis huius positi sunt, communi cautione, atque aqua sibi parte reti- neantur. \* at videte hominis diligentiam, si aut Rul- lum cogitasse, aut si Rullo potuisse in mentem venire arbitramini, viderunt ij, qui haec machinabantur, si vobis ex omni populo deligendi potestas esset data, quacumq; res esset, in qua fides, integritas, virtus, auctoritas quareretur, vos eam sine dubitatione ad

ORATIO

1 Cn. Pompeium principem delatores, etenim quem  
 vram ex cunctis deligissetis, vt cum omnibus omni-  
 um gentium bellis, terra & mari proponeretis, cered  
 in decemviro faciendus, sine fidei haberetur, sine ho-  
 nos, & committi hanc optimo, & ornari hunc iustis-  
 simè posse intelligebant. <sup>24</sup> itaque excipitur hac lege  
 non adolescentia, non legitimum aliquod impedi-  
 mentum, non potestas, non magistratus ullus, alijs ne-  
 gotijs, ac legibus impeditus, non reus demiqua, quod mi-  
 nus decemvir fieri possit, presentem aum profitari in-  
 bet. quod nulla alia in lege vnquam fuit, vt in ijs quidam  
 magistratibus, quorum certus ordo est. timabat enim  
 Pompeius ne si adesset, ferri non possit: aut ne si accepta  
 lex esset, illam sibi cohegam adscriberetur eisdem  
 ac vindictam cupiant auri. Hoc quoniam video vos  
 hominum dignitate, & contumelia legis esse commo-  
 tos: reuocabo illud, quod initio dixi, regnum compa-  
 rari, libertatem vestram hac lege funditus tolli. <sup>25</sup> au-  
 vos aliter existimabitis. cum ad omnia vestra pauci  
 homines cupiditatis oculis adiecissent, non eos in pri-  
 mis id acturos, vt ex omni custodia vestra libertatem,  
 ex omni potestate, curatione, patrocinio vestrorum cō-  
 modorum Cn. Pomp. depelleretur? viderunt, & vi-  
 dent, si per imprudentiam vestram, negligentiam meam,  
 legem incognitam acceperitis, fore vti postea cognitis  
 insidijs, cum decemviro eraretis, tum virijs omni-  
 bus, & sceleribus legis, Cn. Pompeij praesidium opponē-  
 dum putetis. & hoc paruum argumentum vobis erit, &  
 certis hominibus damnationem, potestatemq; omni-  
 um rerum quari, cum videatis eum, quem custodem  
 vestra

DE LEG. AGR. CON. RVL.

vestra liberalis fore videant, expertem fieri digni-  
 rati? \* Cognoscite nunc, qua potestas decemui- 26  
 ris, & quanta detur. primum lege curiata decemui-  
 ros ornat. iam hoc in iudicium, & plane nouo more, vt  
 ei curiata lege magistratus detur, qui nulla comitijs  
 ante sit datus. eam legem ab eo pratore, qui sit pri-  
 mus factus, ferri iubet: ac quo modo? vt ij decemui-  
 ratum habeant, quos plebs designauerit. oblitus est  
 nullos à plebe designari. & vs orbem terrarum con-  
 stringit nouis legibus, qui, quid in secundo capite scri-  
 ptum est, nō meminit in tertio: atque hic perspicuum  
 est, quid iuris à maioribus acceperitis, quid ab hoc  
 tribuno pleb. vobis relinquatur, maiores de omnibus  
 magistratibus his vos sententiam ferre voluerunt.  
 nam centuriata lex censoribus ferebatur, cum cu-  
 riata & ceteris patricijs magistratibus: sum iterum  
 de ijdem iudicabatur, vt esset reprehendendi pote-  
 stas, si populum beneficij sui poeniteret. \* nunc quia 27  
 prima illa comitia tenetur centuriata, & tributa: cu-  
 riata tantum auspiciorum causa remanserunt. hic  
 autem trib. pl. quia videbat potestatem neminem in-  
 iussu populi, aut plebis posse habere, curiata ea comi-  
 tijs, qua vos non sinitis, confirmauit: tributa, qua ve-  
 stra erant, suscipit. ita cum maiores binis comitijs  
 voluerint vos de singulis magistratibus iudicare, hic  
 homo popularis ne vnam quidem populo comitiarū po-  
 testatem reliquit \* sed videre hominis religionem, &  
 diligentiam, vidit, & perspexit sine curiata lege de-  
 cemuiros habere potestatem non posse, quoniam per no-  
 uem trib. essent cōstituti. iubet ferri de his legem curi-  
 atam

ORATIO

atam: pratori imperat. quàm idipsum absurdè, ni-  
 hil ad me attinet: iubet enim, qui primus sit prator  
 factus, eum legem curiatam ferre: sin is ferre non  
 possit, qui postremus sit: vt aut luisse in tantis rebus,  
 aut profectò nescio quid spectasse videatur, verum  
 ita malitiosum, vt obscurum sit, relinquamus: ad  
 religionem hominis reuertamur. videt, sine lege curi-  
 29 <sup>29</sup>riata nihil agi per decemuiros posse.\* quid postea, si  
 ea lata non erit? attendite ingenium. tum ij decem-  
 uiri, inquit, eodem iure sint, quo qui optima lege. si  
 hoc fieri potest, vt in hac ciuitate, qua longè iure li-  
 bertatis ceteris ciuitatibus antecellit, quisquam nul-  
 lis comitijs imperium, aut potestatem assequi possit:  
 quid attinet tertio capite, legem curiatam ferre iu-  
 bere, quoniam quarto permittas, vt sine lege curia-  
 ta idem iuris habeant, quod haberent, si optima lege  
 à populo essent creati? reges cõstituuntur, non decem-  
 uiri, Quirites: hiq; ab is initijs fundamentuq; nas-  
 cuntur, vt non modò cum gerere ceperint, sed etiam  
 cum constituentur, omne vestrum ius, potestas, liber-  
 30 <sup>30</sup>tasq; tollatur.\* at videte, quàm diligenter retineat  
 ius tribunitia potestatis. Consulibus legem curiatam  
 ferentibus à tribunis pl. sepe est intercessum. neque ta-  
 men nos id querimur, esse hanc tribunorum pl. po-  
 testatem: tantummodo, si quis ea potestate temerè est  
 vsus, existimamus. hic trib. pleb. legi curiata, quam  
 prator ferat, adimit intercedendi potestatem, atque  
 hoc cum in eo reprehendendum est, quod per trib.  
 pl. tribunitia potestas minuitur: tum in eo deriden-  
 dum,

DE LEG. AGR. CON. RVL.

dum, quodd consuli, si legem curiatam non haber, at-  
 tingere rem militarem non licet: hic, qui vetat inter-  
 cedere potestatem, etiam si intercessum sit, tamen eã-  
 dem constituit, quam si lata esset lex: vt non inrelli-  
 gam, quare aut hic vetet intercedere, aut quenquam  
 intercessurum putet, cum intercessio stultitiam in-  
 tercessoris significatura sit, non rem impeditura.\* Sinc<sup>31</sup>  
 igitur decemviri neque veris comitijs, hoc est populi  
 suffragijs, neque ad speciem atque ad vsurpationem  
 vetustatis per XXX. lictores auspicioꝝ causa  
 adumbratis constituti. videre nunc eos, qui à vobis  
 nihil potestatis acceperint, quanto maioribus orna-  
 mentis afficiat, quam omnes nos affecti sumus, quibus  
 vos amplissimas potestates dedistis. iubet auspicij co-  
 loniarum deducendarum causa decemviros habere  
 pullarios. eodem iure, inquit, quo habuerunt tresviri  
 lege Sempronia. aude etiam, Rulle, mentionē facere  
 legis Semproniae? nec te ea lex ipsa commouet, tresvi-  
 ros illos XXXV. tribuum suffragio esse creatos? Et  
 cum tu à Ti. Gracchi aq̄itate ac pudore longissimè  
 remotus sis: id, quod dissimillima ratione factum sit,  
 eodem iure putas esse oportere?\* dat præterea pote-<sup>32</sup>  
 statem, verbo pratoriam, re vera regiam: definit in  
 quinquennium: facit sempiternam: tantis enim con-  
 firmat opibus; Et copijs, vt inuitis eripi nullo modo  
 possit: deinde ornat apparitoribus, scribis, librarijs,  
 præconibus, architectis, præterea mulis, tabernacu-  
 lis, centurijs, supellectili: sumptum haurit ex ariario:  
 suppeditat à socijs: ianitores ex equestri loco ducetos  
 in annos singulos, stipatores corporis constituit, eos dē  
 mi-



ORATIO

ministros, & satellites potestatis, formam adhuc ha-  
 betis, Quirites, & speciem ipsam tyrannorum: insi-  
 gnia videlicet potestatis, nondum ipsam potestatem  
 dixerit enim forsasse quispiam: quid me ista aduert,  
 seriba, lictor, praeco, publicanus? omnia sunt hac bu-  
 iusmodi, Quirites, ut ea quae habeas sine vestro sus-  
 fragijs, aut rex non ferendus, aut priuatus furiosus  
 33 esse videatur: \* perspicite quanta potestas permitta-  
 tur: non priuatorum insaniam, sed intolerantiam  
 regum esse dicetis. primum permittitur infinita po-  
 testas innumerabilis pecunia confiscanda de vestris  
 vectigalibus non frugibus, sed alienanda. deinde orbis  
 terrarum, gemiung, omnium datur cognitio sine  
 consilio, pena sine prouocatione, animaduersio sine  
 34 auxilio. \* iudicare per quinquennium vel de consuli-  
 bus, vel de ipsis tribuni plebis poterunt. de illis inte-  
 rea nemo iudicabit. magistratus his gerere licebit  
 causam dicere non licebit. emere agros à quibus vo-  
 lent, vel quos volent, quam volent magno poterunt:  
 colonias deducere nouas, renouare veteres, totam I-  
 talias suis colonijs, ut completere liceat, permittitur:  
 omnes prouincias obeundi, liberos populos agris mul-  
 tandi, regnorum & dandorum summa potestas da-  
 tur: cum velint Roma esse, cum commodum sit: qui-  
 cunq; velint, summo cum imperio, iudicioq; omnium  
 rerum vagari ut liceat, conceditur: interea dissol-  
 uant iudicia publica: de consilijs abducant, quos  
 velint: singuli de maximis rebus iudicent: quae stori  
 permittant: finitorem mittant: ratum sit, quod si-  
 35 nitor vni, à quo missus erit, renunciauerit. \* ver-  
 bum

DE LEG. AGR. CON. RVL'

dum mihi deest, Quirites, cum ego hanc potestatem  
 in rem appello: sed profecto maior est quaedam: nul-  
 lum enim regnum fuit unquam, quod non si mi-  
 nus iure aliquo, at regionibus tamen certis contine-  
 retur. hoc verò infinitum est, quo & regna omnia,  
 & vestrum imperium, quod laissime patet, & ea,  
 qua partim libera à vobis, partim etiam ignorata  
 vobis sunt, permixta legi continentur. \* datur igitur 36  
 eis, primum ut liceat eis vendere omnia, de quibus  
 vendenda Senatusconsulta facta sunt, M. Tullio,  
 C. Cornelio consulibus. cur hoc tam obscurum,  
 atque cacum? quid? ista omnia, de quibus sena-  
 tus censuit, nominatim in lege perferri nonne po-  
 terunt? dua sunt huius obscuritatis cause, Qui-  
 rites, vna pudoris: si quis pudor esse potest in iam  
 insigni impudentia: altera sceleris: nam neque ea,  
 qua senatus nominatim vendenda censuit, au-  
 det appellare, sunt enim loca publica urbis, sunt  
 sacella, qua post restitutam tribuniciam potestatem  
 homo attigit, qua maiores in vrbe passim pericu-  
 li perugia esse voluerunt. hac lege tribunicia de-  
 cemviri vendent, accedet eò mons Gaurus: accedent  
 salicta ad Minturnas: adiungetur etiam illa via  
 vendibilis Herculanea multarum deliciarum &  
 magna pecunia, permulta alia, qua senatus pro-  
 pter angustias ararum vendenda censuit, consules pro-  
 pter invidiam non vendiderunt. \* verum hac fortasse 37  
 propter pudorem in lege reticentur, sed illud magis  
 est credendum, & pertimescendum, quòd audacia  
 decemviralis corrupendarum tabularum publi-

ca-

ORATIO

earum, fingendorumque S. C. quæ facta nunquam  
 sunt, cum ex eo numero, qui per eos annos consules  
 fuerunt, multi mortui sunt, magna potestas permit-  
 titur. nisi forte nihil est æquum vos de eorum auda-  
 cia suspicari, quorum cupiditati nimium angustus or-  
 bis terrarum esse videatur. \* Habetis unum vendi-  
 tionis genus, quod magnum videri vobis intelligo: sed  
 attendite animos ad eam, quæ consequuntur: hunc  
 quasi gradum quendam, atque aditum ad cætera  
 factum intelligetis. QVI AGRi, QV AE LŒCA,  
 QVAE AEDIFICIA, quid est præterea? multa in  
 mancipijs, in pecore, auro, argento, ebore, veste, su-  
 pellectili, ceteris rebus, quid dicam? inuidiosum pu-  
 tasset hoc fore, si omnia nominasset? non meruit in-  
 iudiciam, quid ergo? longum putavit, & timuit, ne  
 quid præseriret: adscripsit, ALIVDVE QVID,  
 quæ breuitate rem nullam esse acceptam videtur.  
 quicquid ergo sit extra Italiam, quod publicum po-  
 puli Roman. factum sit L. Sylla, Q. Pompeio consu-  
 39 libus, aut postea, id decemvros iubet vendere.\*  
 hoc capite, Quirites, omnes gentes, nationes, provin-  
 cias, regna, decemvirum ditioni, iudicio, potestati quæ  
 permissa, & condonata esse dico. præmium hoc quo-  
 ro, qui tandem locus vsquam sit, quem non possint  
 decemviri dicere publicum populi Rom. esse factum?  
 nam cum idem possit iudicare, qui dixerit: quid est,  
 quod non liceat ei dicere. cui liceat eidem iudicare?  
 commodum erit Pergamum, Smyrnæ, Tralleis, Ep-  
 hesium, Miletum, Cyzicum, totam denique Asiam,  
 quæ post L. Syllam, Q. Pompeium cons. recuperata  
 sit,

DE LEG. AGR. CON. RVL.

sit, populi Ro. factam esse dicere. \* vtrum, oratio ad 40  
 eius rei disceptationem deesset, an, cum idem & dissi-  
 ret, & iudicabit, impelli non poterit, vt falsum iudi-  
 cet? an si condemnare Asiam volet, terrorem dam-  
 nationis & minas, non quanti volet, aestimabit?  
 quid (quod disputari contra nullo pacto potest; quo-  
 niam statutum à vobis est, & iudicatum: quam ha-  
 reditatem iam creuimus) regnum Bithyma, quod  
 certe publicum est populi Rom. factum? numquid  
 caussa est, quin omnes agros, vrbes, statua, porrus,  
 totam denique Bithiniam decemviri vendituri sint?  
 quid Naxylena, qua certe vestra, Quirites, belli lege,  
 ac victoris iure facta sunt, vrbs & natura, & situs,  
 & descriptione adificiorum, & pulchritudine in  
 primis nobilis, agri iucundi, & fertiles? nempe eodem  
 capite inclusi continentur. \* quid Alexandria, cun- 41  
 ctas, Aegyptus? vt occultè lateret? vt recondita est? vt  
 furtim tota decemviris traditur? quis enim vestrum  
 hoc ignorat? dici, illud regnum testamento regis A-  
 lexandri populi Rom. esse factum? hic ego consul po-  
 puli Rom. non modò nihil iudicio, sed ne quid senti-  
 am quidem profero. magna enim mihi res non modò  
 ad statuen- dum, sed etiam ad dicendum videtur esse.  
 video, qui testamentum factum esse confirmet: au-  
 thoritatem senatus extare hereditatis adita sentio,  
 tum quando Alexandro mortuo legatos Tyrum  
 misimus, qui ab illo pecuniam depositam nostris re-  
 cuperarent. hac L. Philippum sepe in senatu confir-  
 masse, memoria tenet. eum, qui regnum illud tene-  
 at hoc tempore, neque genere, neque anima regio esse,  
 L inter

ORATIO

- inter omnes ferè video conuenire, dicitur contrà vul-  
 lum esse testamentum: non oportere populum Romi-  
 onum regnum appetentem videri: demigratos  
 in Italia a nostris homines propter agrorum bonita-  
 42 tem & omnium rerum copiam. \* hac tanta de re P.  
 Rullus cum ceteris decemuiris, collegis suis, iudicabit?  
 & verum iudicabit? nam utrunque ita magnum est,  
 vt nullo modo neque concedendum, neque ferendum  
 sit, videri esse popularis, pop. Ro. ad iudicabit, ergo idem  
 ex sua lege vender Alexandriam, vender Aegyptum  
 vrbis copiosissima, pulcherrimorumq; agrorum iudex,  
 arbiter, dominus, rex denique opulentissimi regni re-  
 perietur non sumet sibi tantum, non appetet: iudica-  
 bit Alexandriam regis esse, à populo Rom. ad iudicabit:  
 43 \* primùm populi Rom. hereditatem decemuiris iudi-  
 cent, cum vos volueritis de priuatis hereditatibus cen-  
 tumuiros iudicare? deinde quis ager causam populi  
 Ro.? vbi res ista agitur? qui sunt isti decemuiris, quos  
 perspicimus regnum Alexandria Ptolemao gratis ad-  
 iudicatos? quòd si Alexandria petebatur, cur non  
 eosdem cursus hoc tempore, quos L. Corcia, L. Torqua-  
 to cos. concurrerunt? cur non aperte, vt antea? cur  
 non item vt cum directo & palam regionem illam pe-  
 tuerunt? an quietis ijs, qui per cursum rectum regnum  
 tenere non potuerunt, nunc terris tenebris, & caligine  
 44 se Alexandriam peruenturos arbitrati sunt? \* atque  
 illud circumspicite vestris mentibus, vnaq;

\*)  
 Legatos nostros, homines

an-

DE LEGE AGR. CON. RVL.

auctoritate tenui qui rerum priuatarum caussa le-  
gationes libras obeunt, tamen externa nationes ferre  
vix possunt graue est enim nomen imperij, atque id e-  
riam in leui persona pertimescitur: propterea quod  
vestro, non suo nomine, cum hinc egressi sunt, abu-  
tuntur: quid censeis cum isti decemviri cum impe-  
rio, cum fascibus, cum illa delecta finitorum iuuen-  
tute per orbem terrarum vagabuntur? quo tandem  
animo? quo metu? quo periculo miseras nationes fu-  
tu: as? est in imperio terror: patientur. est in aduen- 45  
tu sumptus: ferent. imperabitur aliquid muneris:  
non recusabunt. Illud vero quantum est, Quirites,  
cum is decemvir, qui aliquam in urbem, aut expe-  
ctatus, vt hospes, aut repente, vt dominus, venerit:  
illum ipsum locum, quod venerit, illam ipsam sedem  
hospitalem: in quam erit deductus, publicam populi  
Rom. esse dicit? at quanta calamitas populi, si dixe-  
rit? quantum ipse quaestus, si negarit? atque ydem, qui  
hac appetunt, queri nonnunquam solent, omnes ter-  
ras Cn. Pompeio, atque omnia maria esse permissa,  
simile verò est, multa committi, an condonari om-  
nia: vel labori, & negotio praponi, an prada, & qua-  
estui: mitti ad socios liberandos, an ad opprimendos.  
denique, si quis est honos singularis, nihil ne inter-  
est, vtrum populus R. eum, cui velit deferat, an is im-  
pudenter populo R. per legum fraudem surripiatur? In- 46  
tellexistis, quot ires, & quantas decemviri legum permissis  
vendituri sint. non est satis, cum sese sociorum, cum  
exteraum nationum, cum regnum sanguine imple-  
rint, necdant nervos populi R. adhibeant manus ve-



DE LEG. AGR. CON. RVL.

intelligam hanc totam ferè legem ad illius opes e-  
 uertendas tanquam machinam comparari, & resi-  
 stam consilijs hominum: & perficiam profectò, quod  
 ego video comparari, vt id vos vniuersi non solum  
 videre, verùm etiam tenere possitis. Iubet venire qua  
 Attalensium, qua Phaselitum, quo Olympenorum  
 fuerint, agrumque Agerensem, & Orindicium, &  
 Gedusanum hac P. Seruilij imperio, & victoria cla-  
 rissimi viri vestra facta sunt. adiungit agros Bithy-  
 nia regios, quibus nunc publicani fruuntur: deinde  
 Attalicos agros in Cherroneso: in Macedonia, qui  
 regis Philippi siue Persa fuerunt: qui item à censori-  
 bus locati sunt, & certissimum vestigal. \* adscribit  
 eidem actioni Corinthios agros opimos & fertiles, &  
 Cyrenenses, qui Appionis fuerunt: & agros in Hi-  
 spania propter Carthaginem nouam, & in Africa  
 ipsam veterem Carthaginem vendit: quam videli-  
 cet P. Africanus non propter religionem sedium illa-  
 rum, ac vetustatis de consilij sententia consecrauit,  
 sed vt ipse locus eorum, qui cum hac vrbe de imperio  
 certarunt, vestigia calamitatis ostenderet. sed non  
 fuit tam diligens, quam est Rullus: aut fortasse em-  
 ptorem ei loco reperire non potuit. verùm, inter hos  
 agros regios, captos veteribus bellis, virtute summo-  
 rum imperatorum, adiungit regios agros Mithrida-  
 tis, qui in Paphlagonia, qui in Ponto, qui in Cappa-  
 docia fuerunt, vt eos decemviri vendant. \* itaue ve-  
 ro? non legibus datis, non auditis verbis imperatorij,  
 nondum denique bello confecto, cum rex Mithrida-  
 ges amisso exercitu, regno expulsus, tamen in vltimis



ORATIO

Terris aliquid etiam nunc molliatur, atque ab iniu-  
 sta Cn. Pompeij manu Maotide. & illi paludibus,  
 & itineram angustijs atque altitudine montium de-  
 fendatur: cum imperator in bello versetur, in locis  
 autem illis etiam nunc belli nomen reliquum sit: eos  
 agros, quorum adhuc penes Cn. Pompeium omne iu-  
 dicio, & potestas more maiorum debet esse, decem-  
 uiri vendent? \* & credo. P. Rullus (is enim sic se gerit,  
 52 ut sibi iam decemuir designatus esse videatur) ad eam  
 auctionem potissimum proficiscetur. is videlicet,  
 antequam veniat in Pontum, litteras ad Cn.  
 Pompeium mittit: quarum ego iam exemplum  
 ab istis compositum esse arbitror. P. SERVILIVS  
 RULLVS TRIBVNVS PLEB. DECEMVIR  
 S. D. CN. POMPEIO, CN. F. non credo ad-  
 scriptum esse, Magno: non enim videtur id: quod im-  
 minuere lege conatur, concessurus verbo. TE VO-  
 LO CVRARE, VT MIHI SIHOPE PRAE-  
 STO SIS, AVXILIVMQVE ADDVCAS,  
 DV M EOS AGROS, QVOS TV TVO LA-  
 BORE CEPISTI, EGO MEA LEGE VEN-  
 DAM. an Pompeium non adhibebit? in eius provin-  
 cia vendet manubias imperatoris? ponite ante ocu-  
 los vobis Rullum in Ponto, inter vestra, atque ho-  
 stium castra, hasta posita, cum suis formosis finito-  
 53 ribus auctionantem. \* neque in hoc solum inest con-  
 sumelia, qua vehementer & insignis est, & noua, vt  
 vlla res parta bello, nondum legibus datis, etiam  
 tum imperatore bellum administrante, non modò  
 venierit, verum etiam locata sit. plus spectant ho-  
 mine:

DE LEG. AGR. CON. RVL.

vinces certè, quàm contumeliam: sperant, si concessum sit inimicis Cn. Pompeij, cum imperso, cum iudicio omnium rerum, cum infinita potestate, cum innumerabili pecunia non solum alijs in locis vagari, verùm etiam ad ipsius exercitum peruenire, aliquid illi insidiarum fieri, aliquid de eius exercitu, copijs, gloria detrabi posse putant, si quam spem in Cn. Pompeio exercitus habeat aut agrorum, aut aliorum commodorum, hanc non habiturum, cum viderit earum rerum omnium potestatem, ad decemuiros esse translata. \* patior non molestè, tam stultos esse, qui hac sperent: tam impudentes, qui contentur: illud queror, tam me ab ijs esse contemptum, vt hac portenta me consule potissimum cogitarent. atque in omnibus his agris: adificijsq; vendendus permittitur decemuiris, vt vendant quibuscunq; in locis videatur. ô perturbatam rationem: ô libidinem refrenandam, ô consilia dissoluta atque perditâ, vectigalia locare nusquam licet, nisi in hac vrbe, hoc ex loco, hac vestrum frequentia: venire vestras res proprias, & in perpetuum à vobis alienari, in Paphlagonia tenebris, atque in Cappadocia solitudine licet? \* L. Syllacum bona indemnatorum ciuium suesti illa auctione sua venderet, & se prædam suam diceret vendere, tamen ex hoc loco vendidit: ne quorum oculos offendebat, eorum ipsorum conspectum fugere ausus est: decemuiri vestra vectigalia non modò ne vobis quidem arbitris, sed ne præcone quidem publico teste vendent? Sequitur, omnes agros extra Italiam, infinito ex tempore, non, vt antea, à

ORATIO

Sylla & Pompeio cos. cognitio decemuirum, priuatu sit an publicus: sicque agro per grande vectigal in-  
 56 ponitur. \* hoc quantum iudicium, quam intolerandum, quam regium sit, quem praterit? posse quibus-  
 cunque locus velint, nulla discrepatione, nullo consilio  
 priuata publicare, publica liberare? Excipitur hoc  
 capite ager in Sicilia Recentoricus: quem ego excipi,  
 & propter hominum necessitudinem, & propter  
 equitatem, Quirites, sanè vehementer gaudeo: sed  
 qua hac impudentia? qui agrum Recentoricum pos-  
 sident, vetustate possessionis se, non iure, misericordia  
 senatus, non agri conditione, defendunt. nam illum  
 agrum publicum esse fatentur: sed moueri possessioni-  
 bus, amicissimis sedibus, ac dijs penetibus negant  
 oportere. at si est priuatus ager Recentoricus, quid  
 eum excipit? sin autem publicus, qua est ista equitas,  
 ceteros, etiam si priuati sint, permittere, vt publici  
 iudicentur, hunc excipere nominatim, quem qui  
 possident, publicum esse fateantur? ergo eorum ager  
 excipitur, qui apud Rullum alia ratione valuerunt:  
 ceteri agri omnes, qui vbique sunt, sine vilo delectu,  
 sine populi Roman. notione, sine iudicio senatus, de-  
 57 cemuiris addicentur. \* Atque etiam est alia superi-  
 ore capite, quo omnia veniunt, quaestiosa exceptio:  
 qua tegit eos agros, de quibus fœdere cautum est. au-  
 diuit hanc rem non à me, sed ab alijs agitari sæpè in  
 senatu, nonnunquam ex hoc loco, possidere agros in  
 ora maritima regem Hyempsalem, quos P. Africa-  
 nus populo Roman. adiudicavit: & tamen postea per  
 C. Cottam consulem cautum esse fœdere. hoc quia

DE LEG. AGR. CON. RVL.

vos fœdus non iusseritis, veretur Hyempsal vt satis  
firmum sit & ratum. Quid, cuiusmodi est illud? tol-  
litur vestrum iudicium, fœdus totum excipitur, com-  
probat. quidd minus auctiorem decemviralem,  
laudo: quidd regi amico cauet, non reprehendo: quod  
non grati sit, indico. \* velit at enim ante oculos isto- 58  
rum Iuba regis filius, adolescens non minus bene  
nummatus, quam bene capillatus. Vix iam videtur  
locus esse, qui tantos acervos pecunia capiat. auget,  
addit, accumulatur: aurum, argentum ex prada, ex  
manubijs, ex coronario, ad quoscunque peruenit, ne-  
que relatum est in publicum, neque in monumento  
consumptum, id profiteri apud decemuiros, & ad eos  
referre. iubet hoc capite etiam quaestionem de claris-  
simis viris, qui populi Rom. bella gesserunt, iudici-  
umq; de pecunijs repetenda ad decemuiros transla-  
tum videtur. horum erit edico iudicium, quantum cu-  
iusque manubie fuerint, quid relatum, quid residu-  
um sit. in posterum verò lex hæc imperatoribus ve-  
stris constituitur, vt quicunque de prouincia dece-  
sserit, apud eosdem decemuiros, quantum habeat præ-  
da, manubiarum, auri coronarij profiteatur. \* hic 59  
tamen vir optimus eum, quem amat, excipit. Cn.  
Pompeium. vnde iste amor tam improrsus, ac tam  
repentinus? qui honore decemuiratus excluditur pro-  
pè nominatim: cuius iudicium, legumq; datio, cæ-  
ptorum agrorum ipsius virtute cognitio tollitur: cu-  
ius non in prouinciam, sed in ipsa castra decemuirò  
cum imperio, infinita pecunia, maxima potestate,  
& iudicio rerum omnium mittantur: cui ius impe-

ORATIO

ratorum, quod semper omnibus imperatoribus est  
 conseruatum, soli eripitur: is excipitur vnus, ne ma-  
 nubias referre debeat. vtrum tandem, hoc capite, ho-  
 nos haberi homini, an iniustitia queri videtur? re-  
 mittit hoc Rullo Cn. Pompeius: beneficio isto legi,  
 benignitate decemviri nihil vitur. nam si est  
 equum, pradas ac manubias suas imperatores non  
 in monumenta decemviri immortalium, neque in vr-  
 bu ornamenta conferre, sed ad decemviros, tanquam  
 ad dominos, reportare: nihil sibi appetit precipud  
 Pompeius, nihil: vult se in commune, atque in eodem  
 quo ceteri iure versari. sin est iniquum, Quirites, si  
 turpe, si intolerandum, hos decemviros prouitores  
 omnibus omnium pecunijs constitui, qui non modò  
 reges, atque exterarum nationum homines, sed e-  
 riam imperatores nostros excutiant: non mihi  
 videntur honoris causa excipere Pompeium, sed  
 metuere, ne ille eandem contumeliam, quam cete-  
 ri, ferre non possit. Pompeius autem, cum hoc a-  
 nimo sit, vt quicquid vobis placeat sibi ferendum  
 putet: quod vos ferre non poteritis, id profectò perfici-  
 ciet, ne diutius inuiti ferre cogamini. veruntamen  
 cauet, vt si qua pecunia post nos consules ex nouis ve-  
 ctigalibus recipiatur, ea decemviri vtantur. noua  
 porro vectigalia videt ea fore, qua Pompeius adiun-  
 xerit. ita remissis manubijs, vectigalibus eius virtu-  
 te partis, se frui putat oportere. parta sit pecunia,  
 Quirites, decemviri tanta quantà sit in terris: nihil  
 pratermissum, sed omnes vrbes, agri, regna  
 denique: postremò etiam vectigalia vestra venierint:  
 acces-

DE LEG. AGR. CON. RVL.

acceperint in cumulum manubia vestrorum imp-  
 ratorum: quanta & quam immanes diuitis decem-  
 turis in tantis auctioribus, tot iudicijs, tam infinita  
 potestate rerum omnium quarantur, videtis. \* Cog- 62  
 noscite nunc alios immensos atque intolerabiles qua-  
 stus: vt intelligatis ad ceterorum hominibus importu-  
 nam auaritiam, hoc populare legis Agraria nomen  
 esse quastum. Hac pecunia iubet agros emi, quod de-  
 ducamini? Non consueui homines appellare asperius,  
 Quirites, nisi lace situs, velim fieri posset, vt a me sine  
 contumelia nominarentur ij, qui se decemuiros spo-  
 rant futuros: iam videretis, quibus hominum omnium  
 rerum & vendendarum & emendarum potestatem  
 permitteretis, sed, quod ego nondum status mihi esse  
 dicendum, vos tamen id potestis cum animi v. stris  
 cogitare. \* vnum hoc certe video mihi verissime posse 63  
 dicere, tum cum haberet hac resp. Lusitanos, Galatinos,  
 Acidinos, homines non solum honoribus populi, re-  
 busq; gestis, verum etiam patientia paupertatis or-  
 natos: & tum cum erant Catones, Philippi, Lelij, quo-  
 rum sapientiam, temperantiamque in publicis, pri-  
 uatisque forensibus, domesticisq; rebus perspexeratis:  
 tamen huiusmodi res commissa nemini est, vt i-  
 dem iudicaret, & venderet, & hoc faceret per quin-  
 quennium toto in orbe terrarum: idemque agros ve-  
 stigales pop. R. abalienaret: & cum summam tanto  
 pecunia nullo teste sibi ipse ex sua voluntate fecisset 64  
 eum denique emeret a quibus v. llet, quod videretur.  
 committite vos nunc, Quirites, his hominibus hac om-  
 nia, quos odorari hunc decemuratum suspicamini:

ORATIO

reperietis, partem esse eorum, quibus ad habendum, partem, quibus ad consumendum nihil satis esse videatur. Hic ego iam illud, quod expeditissimum sit, ne dispuro quidem, Quirites, non esse hanc nobis à maioribus relictam consuetudinem, ut emantur agri à privatis, quò plebs publicè deducatur: omnibus legibus agris publici privatos esse deductos: huiuscemodi me aliquid ab hoc horrido, ac truce tribuno pl. expectasse: hanc verò emendi & vendendi quaestuosissimam, ac turpissimam mercaturam, alienam & dignitate populi Ro. semper putavi. \* Libet agros emi. primum quaro, quos agros? & quibus in locis? nolo suspensam & incertam plebem Romanam obscura spe & cæca expectatione pendere. Albanus ager est, Setinus, Priuernas, Fundanus, Vestinus, Falernus, Linternus, Cumanus, Casinas: audio ab alia porta, Capenas, Faliscus, Sabinus ager, Reatinus Venafianus, Allifanus, Trebulanus. habes tantam pecuniam, quæ hosce omnes agros & ceteros horum similes non modò emere, verum etiam coaceruare possis: cur eos non desinis, neque nominas? ut salutem deliberare plebs Romana possit, quid intersit sua, quid expediat, quantum tibi in emendis, & in vendendis rebus committendum putet. Desinio, inquit, Italiam, satis certa regio. etenim quantulum interest verum in Massici radices, aut in Italiam aliòue deducamini? 66 ni? \* Agè verò desinis locum: quidnam agri? agri verò, inquit, qui arari, aut coli possit. qui possit arari, inquit, aut coli, non qui aratus aut cultus sit. vtrum hac lex est, an tabula Veratiana auctior? in  
qua

DE LEGE AGR. CON. RVL.

qua scriptum fuisse aiunt, iugera CC. in quibus oli-  
uetum fieri potest: iugera CCC. vbi institui vinea  
possunt. hoc tu emes ista innumerabili pecunia, quod  
arari aut coli possit? quod solum tam exile & ma-  
erum est, quod aratro perstringi non possit? aut quod  
est tam asperum saxetum, in quo agriculturalum cul-  
tus non elaboret? iccirco, inquit, agros nominare non  
possum, quia tamquam nullum ab invito. hoc quoque  
multo est quasiuosius, quam si ab invito sumeret:  
inuenietur enim ratio questus de vestra pecunia, &  
tum denique ager emetur, cum idem expedierit em-  
ptori & venditori. \* Sed videte vim legu Agraria: 67.  
ne ij quidem, qui agros publicos possident, decedent  
de possessione, nisi erunt deducti optima conditione,  
& pecunia maxima. conuersa ratio. antea, cum erat  
a tribuno pl. mentio legis Agraria facta. continuo,  
qui agros publicos, aut qui possessiones inuidiosas te-  
nebant. pertimescebant: hac lex eos homines fortunis  
locupletat, inuidia liberat. quam multos enim, Qui-  
rites, existimatis esse, qui latitudinem possessionum  
tueri, qui inuidiam Syllanorum agrorum ferre non  
possint: qui vendere cupiant, emptores non reperiant?  
perdere iam denique illos agros ratione aliqua ve-  
lint? qui paulo ante diem noctemq; tribunium no-  
men horrebant, vestram vim metuebant, mentio-  
nem legis Agraria pertimescebant, ij tunc etiam vl-  
tro rogabuntur, atque orabuntur, vt agros partim  
publico: partim plenos inuidia, plenos periculi, quan-  
ti ipsi velint, decemuiris tradant. atque hoc carmen  
hic tribunus pl. non vobis, sed sibi intus canit. \* habet 68  
socc-



ORATIO

focerum virum optimum, qui tantum agri in illi  
reip. tenebra occupavit, quantum concupiuit. huic  
subuenire vult succumbenti iam atque oppresso Sylla-  
nu oneribus, gravibus sua lege, vt liceat illi inui-  
diam deponere, pecuniam condere, & vos non dubi-  
tatis, quin veltigalia vestra ventatus; plurimo ma-  
iorum vestrorum sanguine & sudore quæsitâ, vt Syl-  
lanos possessores diuitijs augetis, periculo liberta-  
69 ti? \* nam ad hanc emptionem decemviralem duo  
genera agrorum spectant, Quiritis, eorum vnum  
propter inuidiam domini fugiunt, alterum propter  
vastitatem. Syllanus ager à certis hominibus latissi-  
mè continuatus tantam habet inuidiam, vt veri ac  
fortis trib. pl. stridorem vnum perferre non possit. hic  
ager omnino, quoquo pretio coemptus erit, tamen ingenti  
pecunia vobis indueretur. alterum genus agrorum  
propter sterilitatem incultum, propter p. silentiam  
vastum atque desertum, emerat ab ijs, qui eos vident  
sibi esse, si non vendiderint, reliquendos. & nimium  
istud est, quod ab hoc tribuno pl. dictum est in senatu,  
urbanam plebem nimium in rep. posse, exhaurien-  
dam esse: hac enim verbo est vsus, quasi de aliqua  
sentina, ac non de optimorum civium genere loque-  
70 retur. \* vos verò, Quiritis, si me audire vultis, reti-  
nere istam possessionem gratia, libertatis, suffra-  
giorum, dignitatis, vrbus, fori, ludorum, festorum  
dierum, ceterorum omnium commodorum, nisi for-  
tè mauultis, relicti his rebus, atque hac luce reip. in  
Sipontina siccitate, aut in Salpinorum pestilentia  
suis Nullo duce collocari. At diuat, quos agros  
am-

DE LEG. AGR. CON. RVL.

empturus sit: ostendat, & quid, & quibus daturus sit. ut verò cum omnes vrbes, agros, vectigalia, regna vendiderit tum arenam aliquam, aut paludes emat, id vos potestis queso concedere? quanquam illud est egregium, quod hac lege ante omnia venebunt, ante pecunia coguntur, & coartentur, quam gleba vna ematur. deinde emi iubet, ab invito vetat.

¶ Quaro, si, qui velint vendere non fuerint, quid pecunia fiet? referre in ararium lex vetat, exigi prohibet. igitur pecuniam omnem decemviri tenebunt: vobis ager non emetur. vectigalibus ab alienatis, socijs vexatis, regibus, atque omnibus gentibus exinanitis, illi pecunias habebunt, vos agros non habebitis. facile, inquit, adducentur pecunia magnitudine, ut velint vendere. ergo ea lex est, qua nostra vendamus quanti possumus: aliena emamus, quanti possessores velint. atque in hos agros, qui hac lege empti sint, colonias ab his decemviris deduci iubet. quid? omnino sine eiusmodi loco est, ut nihil intersit reip. colonia deducatur in eum locum, necne: an est locus, qui coloniam postulet, est qui planè recuset? quo in genere sicut in ceteris reip. partibus, est opera pretium diligentiam maiorum recordari, qui colonias sic idoneis in locis contra suspicionem periculi collocarunt, ut esse non oppida Italia, sed propugnacula imperij viderentur. hi deducunt colonias in eos agros, quos emerint. etiamne, si reip. non expediat? & in qua loca præterea videbitur? quid igitur est causa, quin coloniam in Ianiculum possint deducere, & suum praesidium in capite, atque cernicibus

71

72

73

re-

## O R A T I O

vestris collocare? tu non desinas, quot colonias, in  
 que loca, quo numero colonorum deduci velis? tu oc-  
 cupes locum quem idoneum ad vim tuam iudicaris?  
 compleas numero? confirmes presidio, quo velis? po-  
 puli Rom. vectigalibus, atque omnibus copijs ipsum  
 74 decemviralem ditionem ac potestatem? \* Ut verò  
 totam Italiam suis presidijs obsidere atque occupare  
 cogitet, quaso, Quirites, cognoscite. permittit decem-  
 viris ut in omnia municipia, in omnes colonias to-  
 tius Italia colonos deducant. quos velint: ipsa colonis  
 agrum dari iubet. num obscure maiores opes, quam  
 libertas vestra pati potest, & maiora presidia qua-  
 runtur? num obscure regnum constituitur? num ob-  
 scure libertas vestra tollitur? nam cum ijdem om-  
 nem pecuniam, maximam multitudinem, id est, to-  
 tam Italiam, suis opibus obtinebunt. ijdem vestram  
 libertatem suis presidijs & colonijs interclusam te-  
 nebunt: qua spes tandem, que facultas recuperanda  
 75 vestra libertatis relinquetur? \* At enim ager Cam-  
 panus hac lege dividetur, orbis terra pulcherrimus:  
 & Capuam colonia deducetur, urbem amplissimam  
 atque ornatissimam. at qui quid ad hoc possumus di-  
 cere? de commodo vestro prius dicam. Quirites: dein-  
 de ad amplitudinem, & dignitatem reuertar: ut, si  
 quis agri aut oppidi bonitate delectetur, ne quid ex-  
 pectet: si quem rei dignitas commouet, ut huic simu-  
 lato largitioni resistat. ac primum de oppido dicam:  
 si quis est forte, quem Capua magis, quam Roma de-  
 lectat. Quinque millia colonorum Capuam scribi  
 in-

DE LEG. AGR. CONT. RVL.

iubet. ad hunc numerum quingentos sibi singuli sum-  
 ment. \* quaso nolite vosmetipsos consolari: verè & 76  
 diligenter considerate; num vobis, aut vestri simili-  
 bus, integrâ, quietis, ociofis hominibus, in hoc nu-  
 mero locum fore putatis? si est omnibus vobis, aut  
 maiori vestrum parti: quanquam me, vester honos  
 vigilare dies, atque noctes, & intentis oculis omnes  
 resp. partes intueri iubet: tamen paulisper si ita com-  
 modum vestrum feret, conuiuebo. sed si quinque ho-  
 minum millibus ad vim, facinus, eademque delectis,  
 locus atque vrbs, qua bellum facere atque instruere  
 possit, quaritur: tamenne patientini, vestro nomi-  
 ne contra vos firmari opes, armari prasidia, vrbes,  
 agros, copias, comparari? nam agrum quidem Cam- 77  
 panum, quem vobis ostentant, ipsi concupiuerunt: de-  
 ducent suos, quorum nomine ipsi teneant, & fru-  
 untur: coement prater ea: ista dena iugera continua-  
 bunt. nam si dicent per legem id non licere: ne per  
 Corneliam quidem licet: at videmus ( vt longin-  
 qua mittimus ) agrum Prænestinum à paucis possi-  
 deri: neq. istorum pecunijs quicquam aliud deesse vi-  
 deo, nisi eiusmodi fundos, quorum subsidio familia-  
 rum magnitudines, & Cumanorum, ac Puteolano-  
 rum prædiorum sumptum sustinere possint. quid  
 si vestrum commodum spectat, veniat, & coram me-  
 cum de agri Campani diuisione disputer. \* quæsiui ex 78  
 eo Kalendis Ian. quibus hominibus, & quem admo-  
 dum illum agrum esset distributurus, respondit, à  
 Romilia tribu se initium esse facturum. primum,  
 qua est ista superbia, & contumelia, vt populi par-

M

am-

ORATIO

amputetur, ordo tribuum negligatur? ante rusticus  
 datur ager, qui habent, quam vrbaris, quibus ista  
 agri spes & incunditas ostenditur? aut si hoc à se di-  
 ctum negat, & satüs facere omnibus vobis cogitat:  
 proferat, in iugera dena describat, à Suburana vs-  
 que ad Arnensem nomina vestra proponat. si non  
 modo dena iugera dari vobis, sed ne constipari qui-  
 dem tantum numerum hominum posse in agrum  
 Campanum intelligetis, tamen vexari republi-  
 cam, contemni maiestatem populi Rom. diludi vos-  
 metipfos diuicijs à tribuno pleb. patiemini? \* quod si  
 79 posset ager iste ad vos peruenire, nõne eum tamen in  
 patrimonio vestro remanere malletis? vñ unne fun-  
 dum pulcherrimum populi Ro. caput vestra pecunia,  
 pacis ornamentum, subsidium belli, fundamentum  
 vectigalium, horreum legionum, solarium annonæ,  
 disperire patiemini? an oblitus estis, Italico bello, am-  
 missis ceteris vectigalibus, quantos agri Campani fructibus  
 exercitus alueritis? an ignoratis, cetera illa  
 magnifica populi Rom. vectigalia, perleui sæpè mo-  
 mento fortuna, inclinatione temporis pendere?  
 quid nos Asia portus, quid Syria rura, quæ omnia  
 transmarina vectigalia iuuabunt, tenuissima suspi-  
 cione prædonum, at hostium iniecta? \* aut verò hoc  
 80 agri Campani vectigalium eiusmodi est, vt domi sit,  
 & omnibus præstatis oppidorum tegatur: tum neque  
 bellis infestum, nec fructibus varium, nec cælo ac loco  
 calamitosum esse solet. maiores nostri non so ius id,  
 quod de Campanis ceperant, non imminuerunt, ve-  
 rum etiam, quod ñ tenebant, quibus adimi iure non  
 po

DE LEGE AGR. CON. RVL.

poterat, coemerunt, qua de caussa nec duo Gracchi,  
 qui de plebis Rom. commodus plurimum cogitauerunt  
 nec L. Sylla, qui omnia sine vlla religione, quibus vo-  
 luit, est dilargitus, agrum Campanum attingere au-  
 sus est: Nullus extitit, qui ex ea possessione temp. di-  
 moueret, ex qua nec Gracchorum benignitas eam,  
 nec Sylla dominatio detecisset, quem agrum nunc  
 praterentes vestram esse dicitis: & per quem i-  
 ter qui faciunt externi homines, vestrum esse au-  
 diunt: is, cum erit diuisus, neque erit, neque ves-  
 ter esse dicetur. \* at qui homines possidebunt? primo  
 qui acres, ad vim prompti, ad seditionem parati,  
 qui simul ac decemviri conreperunt, armati in ci-  
 ues, & expediti ad eadem esse possint. deinde ad pau-  
 cos opibus, & copijs affluentes totum agrum Cam-  
 panum perferri videbitis, vobis interea, qui illas a  
 maioribus pulcherrimas vestigalium sedes armis ca-  
 ptas accepistis, gleba nulla de paternis, atque auitis  
 possessionibus relinquetur: ac tantum intererit inter  
 vestram & priuatorum diligentiam, quod, cum a  
 maioribus nostris P. Lentulus, is qui princeps sena-  
 tus, in ea loca missus esset, vt priuatos agros, qui in  
 publicum Campanum incurrebant, pecunia publica  
 coemeret, dicitur renunciaffe, nulla se pecunia fundu  
 cuiusquam emere potuisse: eumq; qui nollet vendere,  
 ided negasse se adduci posse, vti venderet, quod, cum  
 plures fundos haberet, ex illo solo fundo nunquam malum  
 nuncium audisset. \* ita ne vero? priuatum hac caussa  
 commouit: populus Rom. ne agrum Campanum  
 priuatis gratis Nullo rogante tradat, non com-

ORATIO

mouebit? atquis idem populus Ro. de hoc vectigali pō-  
 test dicere, quod ille de suo fundo dixisse dicitur. Asia  
 multos annos fructum Mythridatico bello non tu-  
 lit, Hispaniarum vectigal temporibus Sertorianis  
 nullum fuit: Sicilia ciuitatibus bello fugitiuorum,  
 M. Aquilius etiam mutuum frumentum dedit: at  
 ex hoc vectigali nunquam malus nunciu auditus  
 est, cetera vectigalia belli facultatibus affliguntur: hoc  
 3 vectigal: etiam belli facultates sustentantur.\* demde  
 in hac assignatione Agrorum ne illud quidem dici po-  
 test, quod in ceteris, agros desertos à plebe, atq. à cul-  
 tura hominum liberorum esse non oportere. sic enim  
 dico, si Campanus ager diuidatur, exturbari & ex-  
 pelli plebem ex agris, non constitui, & collocari: to-  
 tus enim ager Campanus colitur, & possidetur à ple-  
 be optima, & modestissima: quod genus hominum op-  
 timè moratum, optimorum & aratorum, & mil-  
 litum, ab hoc plebicula tribuno funditus eicitur.  
 atque illi miseri nati in illis agris, & educati, glebis  
 subigendis exercitati, quod se subì d. conferant, non  
 habebunt: huiusmodi & valentibus, & audacibus  
 decemuirum satellitibus agri Campani possessio to-  
 ta tradetur, & ut vos nunc de vestris maioribus prae-  
 dicatis: hunc agrum nobis maiores nostri relique-  
 runt: sicut vestri posteri de vobis predicabunt: hunc a-  
 grum patres nostri acceptum à patribus suis perdi-  
 84 derunt.\* equidem existimo, si iam campus Martius  
 diuidatur, & vicinij vestrum, vbi consistat, hinc  
 pedes assignentur: tamen promiscuè toto, quàm pro-  
 prie parua frui parte malletis, quare etiam si ad vos  
 esset

DE LEG. AGR. CON. RVL.

esset singulos aliquid ex hoc agro peruenturum, qui  
 vobis ostenditur, alijs comparatur: tamen honestius  
 eum vos vniuersi, quam singuli possideretis. nunc ve-  
 rò cum ad vos nihil pertineat, sed paretur alijs, eri-  
 piatur vobis: nonne acerrimè, tanquam armato ho-  
 sti, sic huic legi pro vestris agris resistetis? Adiungit  
 Stellatam campum agro Campano, & in eo duodena  
 describit in singulos homines iugera, quasi verò pau-  
 lum differat ager Campanus à Stellati. \* & mul- 85  
 titudo Quirites queritur, qua illa oppida omnia com-  
 pleantur. nam dixi antea, lege permitti. vt qua ve-  
 lint municipia, quas velint veteres colonias, colonis  
 suis occupent. Calenum municipium complebunt:  
 Theanum oppriment: Atellam, Cunas, Neapolim,  
 Pompeios, Nuceriam suis presidijs deuincient: Pute-  
 olos verò, qui nunc in sua potestate sunt, suo iure li-  
 bertateq; vtuntur, totos nouo populo, atque aduen-  
 titijs copijs occupabunt. tunc illud exilium Campa-  
 na colonia, vehementer huic imperio timendum, Ca-  
 puam à decemuiris inferetur: tunc contra hanc Ro-  
 mam, communem patriam omnium nostrum, illa  
 altera Roma quæretur. \* in id oppidum homines ne- 86  
 farij rempub. nostram transferre conantur. quo in  
 oppido maiores vestri nullam omnino remp. esse vo-  
 luerunt: qui tres solum vrbes in terris omnibus, Car-  
 thaginem, Corinthum, Capuam, statuerunt posse  
 imperij grauitatem ac nomen sustinere. deleta Car-  
 thago est, quodd cum hominum copijs, tum ipsa na-  
 tura. ac loco, succincta portibus, armata muris, ex-  
 currere ex Africa, irruinere ita fructuosissimis in-



ORATIO

fulu populi Rom. videbatur. Corinthi vestigium vix  
 relicum est: erat enim posita in angustijs, atque in  
 faucibus Gracia, sic, vt terra claustra locorum, te-  
 neret, & duo maria maximè navigationi diuersa  
 penè coniungeret. cum pertenui discrimine sepa-  
 raremur. hac qua procul erant à conspectu imperij,  
 non solum afflixerunt, sed etiam, ne quando re-  
 creata exurgere, atque erigere se possent, funditus, vt  
 87 dixi, sustulerunt.\* de Capua multum & diu con-  
 sultum. extant liera, Quirites, publica: sunt S. C.  
 complura. statuerunt homines sapientes, si agrum  
 Campanis ademissent magistratus, publicum ex illa  
 vrbe consilium iustulissent, imaginem reipublica  
 nullam reliquissent, nihil fore quod Capuam time-  
 remus. itaque hoc perscriptum in monumentis vete-  
 ribus reperitur: vt esset vrbs, quæ res eas, quibus a-  
 ger Campanus coleretur, suppeditate possit, vt esset  
 locus comportandis, condendisquæ fructibus: vt ara-  
 tores cultu agrorum defessi, vrbs domicilij virentur:  
 88 iccirco illa adspira non esse delera.\* videte  
 quantum interuallum sit interiectum, inter ma-  
 iorum nostrorum consilia, & inter istorum homi-  
 num dementiam. illi Capuam receptaculum a-  
 ratorum, nundinas rusticorum, cellam atque hor-  
 reum, Campani agri esse voluerunt: hi expulsis ara-  
 toribus, effusis, ac dissipatis fructibus vestris, eandem  
 Capuam sedem nouæ reipub. constituunt, molem  
 contra veterem temp. comparant. quod si maiores  
 nostri existimassent, quenquam in tam illustri im-  
 perio, & tam præclara populi Rom. disciplina M.  
 Bru.

DE LEG. AGR. CON. RVL.

Bruti, aut P. Ralli similem futurum, (hos enim  
 nos duos adhuc videmus, qui hanc repub. Capuam to-  
 tam transferre vellent) profecto nomen illius urbis  
 non reliquissent. \* verum arbitrabantur Corintho. & 82  
 Carthagine, etiam si senatum, ac magistratum su-  
 stulissent, agrumque ciuibus ademissent, tamen non  
 desore, qui illa restituerent, atque qui ante omnia  
 commutarent, quam nos audire possumus: hic verò,  
 in oculis senatus, populiq. R. nihil posse existere, quod  
 non ante extingui atque opprimi posset, quam planè  
 exortum ac natum esset: neque verò ea res sefellit ho-  
 mines diuina mente, & consilio praditos, nam post  
 Q. Fuluium, Q. Fabium coff. quibus consulibus, Ca-  
 pua deuicta, atq. capta est, nihil est in ea vrbe contra  
 hanc republ. non dico factum, sed omnino cogi-  
 tatum, multa postea bella gesta cum regibus, Philip-  
 po, Antiocho, Persa, Pseudophilippo, Aristonico,  
 Mithridate, & ceteris: multa præterea bella gra-  
 uia, Carthaginensium, Corinthium, Numantinum:  
 multa in hac repub. seditiones domestica, quas præ-  
 zermitto: bella cum socijs, Fregellanum, Marsicum:  
 quibus omnibus domesticis externisq. bellis Capua  
 non modò non obfuit, sed oportunitissimam se nobis  
 præbuit, & ad bellum instruendum, & ad exer-  
 citus ornandos, & relictis ac sedibus suis recipiendos.  
 \* homines non inerant in vrbe, qui malis con- 93  
 cionibus, turbulentis S. C. iniquis imperijs repub.  
 miserent, & rerum novarum causam aliquam  
 quærent, neque enim concionandi potestas e-  
 rat cuiquam, nec consilij capiundi publici, non glo-  
 ria

ORATIO

ria cupiditate efferebantur: propterea quoddam, ubi ho-  
 nos publice non est, ibi gloria cupiditas esse non potest:  
 non contentione, non ambitione discordes: nihil enim  
 supererat, de quo certarent: nihil quoddam contra peterent:  
 nihil ubi disiderent. itaque illam Campanam arro-  
 gantiam, atque intolerandam ferociam ratione &  
 consilio, maiores nostri ad inertissimum, & desidio-  
 sissimum otium perduxerunt. sic & crudelitatis in-  
 famiam effugerunt, quod urbem ex Italia pulcher-  
 rimam non sustulerunt: & multum in posterum  
 prouiderunt, quod neruis urbis omnibus exectis, ur-  
 bem ipsam solutam, ac debilitatam reliquerunt.\*  
 91 hac consilia maiorum M. Bruto, ut antea dixi, re-  
 prehenda, & P. Rullo visa sunt: neque te, P. Rulle,  
 omnia illa M. Bruti, atque auspicia à simili furore  
 deterrent. nam & ipse qui deduxit, & qui magistra-  
 tum Capua, & Leocreanti ceperunt, & qui aliquam  
 partem illius deductionis, honoris, muneris attige-  
 runt, omnes acerbissimas impiorum penas pertule-  
 runt. Et quoniam Bruti, atque illius temporis feci  
 mentionem, commemorabo id, quod egomet vidi  
 cum venissem Capuam, coloniam deductam L. Con-  
 fidio, & Sex. Saltio (quemadmodum ipsi loqueban-  
 tur) pratoribus: ut intelligatis, quantam locus ipse  
 asserat superbiam: quo paucis diebus, quibus illud co-  
 lonia deducta fuit perspicere atque intelligi potuit.\*  
 92 nam primum, id quod dixi, cum ceteris in colonijs  
 duumviri appellentur, hise pratores appellari vole-  
 bant. quibus primus annus hanc cupiditatem attru-  
 lisset, nonne arbitrari paucis annis fuisse consu-  
 lum

DE LEGE AGR. CON. RVL.

lum nomen appetituros? deinde anteibant lictores,  
 non cum bacillis, sed, ut hic pratoribus antegunt, cum  
 fascibus duobus. erant hostia maiores in foro consti-  
 tuta, qua ab his pratoribus de tribunali, sicut à no-  
 bis consulis de consilij sententia probata, ad praecon-  
 nem, & ad tibicinem immolabantur. deinde patres  
 conscripti vocabantur. \* iam verò vultum Considij 93  
 videre, ferendum vix erat, quem hominem ut gran-  
 di macie torridum, Romae contemptum, atque abie-  
 ctum videbamus, hunc Capua Campano supercilio,  
 ac regio spiritu cum videremus, Magios, Blosios mi-  
 hi videbar illos videre, ac Iubelios. iam verò qui me-  
 ritus erat tunicatorum illorum? & in Albana, & Se-  
 plasia qua concursatio percontantium, quid prator  
 edixisset? ubi cenaret? quid enunciaisset? nos autem,  
 hinc Roma qui veneramus, iam non hospites, sed pe-  
 regrini, atque advena nominabamur. \* hac qui pro- 94  
 spexerint, maiores nostros dico, Quirites, non eos in  
 deorum immortalium numero venerandos à nobis,  
 & colendos putatis? quid enim viderunt? hoc, quod  
 nunc vos quaeso perspicite, atque cognoscite. non in-  
 generantur hominibus mores tam à stirpe generis, ac  
 seminis, quam exijs rebus, qua ab ipsa natura loci,  
 & à vita consuetudine suppeditantur, quibus alimur,  
 & viuimus. Cathagineses fraudulentis, & men-  
 daces, non genere, sed natura loci, quod propter por-  
 tus suos multis & varijs mercatorum & advena-  
 rum sermonibus, ad studium fallendi studio quaestus  
 vocabantur. Ligures montani, duri, atque agrestes:  
 docuit ager ipse, nihil ferendo, nisi multa cultura, &

ORATIO

magno labore quaestrum. Campani semper superbis  
 bonitate agrorum & fructuum magnitudine, vrbis  
 salubritate, descriptione, pulchritudine. ex hac co-  
 pia, atque omnium rerum affluentia primū illa na-  
 ta sunt: arrogantia, qua à maioribus nostris alte-  
 rum Capua consulem postulavit: deinde ea luxuries,  
 95 qua ipsam Annibalem armis etiam tum invidum,  
 voluptate vicit. \* huc isti decemviri cum 100. colo-  
 norum ex lege Rulli deduxerint, centum decurio-  
 nes, decem augures, sex pontifices constituerint: quos  
 illorum animos, quos impetus, quam ferociam fore  
 putatis? Romam in montibus positam, & conualibus,  
 coenaculis sublatam atque suspensam, non opti-  
 mus vijs, angustissimis semitis, pro sua Capua pla-  
 nissimo in loco explicata, ac pra illis semitis irride-  
 bunt, atque contemnent. agros vero, Vaticanum, &  
 Pupiniam cum suis optimis, atque vberibus campis  
 conferendos scilicet putabunt. oppidorum autem fi-  
 nitimorum illam copiam cum hac per risum, ac  
 iocum contendunt: Labicos, Fidenas, Collatiam, ip-  
 sum hercle Lanuvium, Ariciam, Tusculum, cum  
 96 Calibus, Theano, Neapoli, Puteolis, Cumis, Pom-  
 pejs, Nuceria non comparabunt. \* quibus illi rebus  
 elati, & instati, fortasse non continud, sed cerre si  
 paulum assumpserint vetustatis ac roboris, non con-  
 tinebuntur, progredientur longius, efferentur. singu-  
 laris homo priuatus, nisi magna sapientia pradi-  
 tus, vix facile sese regionibus officij, magnis in for-  
 sunis & copijs continet: nedum ista à Rullo, & Rulli  
 similibus conquisiti, atque electi, coloni Capuae, in do-  
 mi-

DE LEG. AGR. CONT. RVL.

vicilio superbia, atque in sedibus luxuria collocati,  
 non statim conquirituri sint aliquid sceleris & fla-  
 gitij: immo vero etiam hoc magis, quam illi veteres,  
 germaniq; Campani, quod in vetere fortuna illos na-  
 tos & educatos nimia tamen rerum omnium copia  
 deprauabunt: hi ex summa egestate in eandem rerum  
 abundantiam traducti, non solum copia, verum et-  
 iam insolentia commouebuntur. \* hac tu, P. Rulle, 97  
 M. Bruti sceleris vestigia, quam mentem a maio-  
 rum sapientia, sequi maluisti: hac tu cum istis tuis  
 auctoribus excozitasti, vt vetera vectigalia vendere-  
 tis, & depilaretis noua: vt vrbi Capuam ad certa-  
 men dignitatis opponere: vt sub vestrum ius, iuris-  
 dictionem potestatem, vrbes, nationes, prouincias,  
 liberos populos, reges, terrarum deniq; orbem subiun-  
 geretis: vt cum omnem pecuniam ex arario exhau-  
 fissetis, ex vectigalibus redigissetis, ab omnibus regi-  
 bus, gentibus, imperatoribus nostris cogissetis, ta-  
 men omnes vobis pecunias ad nutum vestrum pen-  
 derent: vt ydem partim inuidiosos agros à Syllanis  
 possessoribus, partim desertos, ac profuturos à ve-  
 stris necessarijs, à vobismetipsis emptos, quanti velle-  
 tis populo Rom. induceretis: vt omnia municipia co-  
 loniasq; Italia nouis colonis occuparetis: - vt quibus-  
 cunq; in locis vobis videretur, ac quam multum vide-  
 retur, colonias collocaretis. \* vt omnem temp. vestris 98  
 militibus, vestris vrribus, vestris presidijs congeretis,  
 atque oppressam teneretis, vt ipsum Cn. Pompeium,  
 cuius presidio sapissimè pop. R. contra acerrimos ho-  
 stes, & contra improbissimos ciues victor euasit, pro-  
 scri.

ORATIO

scribere atque horum conspectu priuare possētis : vt  
 nihil auro & argento violari, nihil numero & suf-  
 fragij declarari, nihil vt elata manu perfringi pos-  
 set, quā non vos oppressum atque ereptum teneretis:  
 vt volitaretis inuēta per gentes, per regna omnia  
 cum imperio summo, cum iudicio infinito, cum om-  
 ni pecunia: vt veniretis in castra Cn. Pompeij, atque  
 ipsa castra, si commodum vobis esset, venderetis: vt  
 inuēta magistratus reliquos legibus omnibus soluti,  
 sine metu iudiciorum, sine periculo petere possētis:  
 vt nemo ad populum Rom. vos adducere, non senatus  
 cogere, non consul coercere, non tribunus pleb. retine-  
 re possit. \* hac ego vos concupisse pro vestra stultitia,  
 atque intemperantia, non miror: sperassi me consule  
 ass. qui posse, demiror. nam cum omnium consulum  
 gravis in rep. custodienda cura, ac diligentia debet  
 esse, cum eorum maximè, qui non in cunabulis, sed in  
 campo consules facti. nulli populo Rom. pro me ma-  
 iores mei sponderunt, mihi creditum est. à me pe-  
 tere, quod debeo, me ipsum appellare debetis. quem-  
 admodum cum petebam, nulli me vobis auctores  
 generis mei commendarunt: sic, si quid deliquero,  
 nulla sunt imagines, qua me à vobis deprecantur.  
 quare, modò vt vita suppetat, quanquam ego sum is,  
 qui eam possum ab istorum scelere, insidijsq. defende-  
 re: polliceor hoc vobis, Quirites, bona fide, remp. vi-  
 gilanti homini, non timido: diligenti, non ignaui,  
 commissis. \* ego is consul, qui concionem metuam?  
 qui tribunos pl. perhorrescam? qui sepè & sine caussa  
 tumultuer? qui timeam, ne mihi in carcere habi-  
 tan-

99

100

DE LEG. AGR. CON. RVL.

Tandem sit, si tribunus pl. duci iussisset? ego nondum  
 vestris armis armatus, insignibusq; amplissimis or-  
 natus, imperio, auctoritate, non horruī in hunc lo-  
 cum progredi posse, vobisq; auctoribus improbitati  
 hominis resistere: nunc verear, ne resp. tantis muni-  
 ta praesidijs ab istis vinci, aut opprimi possit? si antea  
 timuissem, hac concione, hoc populo certē non vere-  
 rer. quis enim unquam tam secunda concione legem  
 Agrariam suasisit, quam ego dissuasi? si hoc dissuade-  
 re est, ac non disturbare, atque peruertere. \* ex quo in. 101  
 telligi, Quirites, potest, nihil esse tam populare, quam  
 id; quod ego vobis in hunc annum consul popularis  
 assero, pacem, tranquillitatem, ocium, qua nobis de-  
 signatis timebatū, ea ne accidere possent, consilio meo  
 ac ratione promissa sunt. non modō vos eritis in ocio,  
 qui semper esse volueratis, verū etiam istos, quibus  
 ociosi negotium faceamus, ociosissimos reddam. ete-  
 nim illis honores, potestates, diuitia, ex tumultu, at-  
 que ex dissensionibus ciuium comparari solent, vos,  
 quorum gratia in suffragijs consistit, libertas in le-  
 gibus, honos in iudicijs, & aequitate magistratum,  
 res familiaris in pace, omni ratione ocium tenere de-  
 betis. \* nam etsi ū qui propter d. fidiam in ocio veni. 102  
 unt, tamen in sua turp. inertia capiunt voluptatem:  
 sub ipso ocio, quo vos fortunam regitu, hunc statum,  
 quem habetis, esse meliorem non ignoratis, non vt  
 quæsitum, sed vita partum ocium tenueritis, quod  
 ego & concordia, quam mihi constitui cum collega,  
 inuitissimis ijs hominibus, quos in consulatu inimi-  
 cos esse & animi, & corporis actibus prouidi, omni-  
 bus




## O R A T I O

bus prospexi, & sanè precauridem tribuni pl. denuncias, ne quid turbulenti me consule conflarent. summum & firmissimum est illud communibus fortunis praesidium. Quirites, ut, quales vos hodie na die maxima concione mihi pro salute vestra praeuistis, tales reliquis temporibus reip. praebatis, pro certo polliceor hoc vobis, atque confirmo, me esse perfecturum, ut iam tandem illi, qui honori inuiderunt meo, tamen vos vniuersos in consule deligendo plurimum vidisse fasantur.

## DE LEGE AGRARIA CONTRA P. SERVI- lium Rullum Trib. Pl. ad Popul.

### O R A T I O X V I I.

**I**  Commodius fecissent tribuni pl. Quirites, si, qua apud vos de me deferunt, ea coram potius me praesente dixissent: nam & aequitatem vestrae disceptationis, & consuetudinem superiorum, & ius sua potestatis retinissent, sed quoniam adhuc praesens certamen, contentionemque fugerunt: nunc si videtur eis, in meam concionem prodeant: &, quo prouocati à me venire noluerunt, reuocati saltem reuertantur. \* Videt quosdam, Quirites; strepitu significare nescio quid, & non